

Georg Radow

Rector Universitatis Rostochiensis Georgius Radovius, D. & Antecessor ... Ad Lamentabile funus, Quod ... Annae Lembcken/ Moestissime adornaturus est Luctuosissimus Viduus, Amplissimo comitatu cohonestandum Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos ... convocat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. XXV. Nov. CI IC LXXXV.]

Rostochii: Weplingius, [1685]


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773015213>

Druck Freier  Zugang



Radov, G.
in
A. Lembcke,
uxor. E. v. Bergck.
Rostock, 1685.





44.

~~24~~

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
GEORGIUS
RADOVIUS,

D. & Antecessor, Facult. Jurid. Senior,

Ad

Lamentabile funus,

Quod

Nobilissima Florentissimaque Femina



ANNÆ

Lembken/

Mœstissimè adornaturus est
LUCTUOSISSIMUS VIDUUS,

Amplissimo comitatu cohonestandum
OMNES Omnium Ordinum CIVES ACADE-
MICOS optimos humanissimè
convocat.

ROSTOCHII,
Typis JOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.



Tunc quæ festiva nu-
perrimè *geneblia* sereniori fronte
celebrare jubebat familiam, nunc
perluctuosa sibi *genesia* poscit fe-
ralis puerpera? quæque vitalem
conjugi peperit subolem, ingruen-
tem insperabili catastrophe mor-
tem sentiet operosa genitrix. Ni-
mirum tenellam prolem è tenebri-
cosis claustris materni angustiis luci vitæque exposuit, ipsa
in tumultum perobscurum properabunda, postquam vitam
cum immaturâ mortè commutavit. Alii inserviens, ut
caleret, vigeret, & vividum indipisceretur jubar, ipsa con-
sumitur, rigit, friget, elanguescitque. Neque enim tam
valentibus gavisa est viribus hæc puerpera, triplicique va-
sti roboris ære obfirmatum pectus habuit, quali barbaræ
Thracum, Tibarenorum, Schytarumque Amazones puer-
peria obiisse feruntur. Memorabile est, quod Nympho-
dorus scriptis mandandum censuit: si quando pepererint
inibi mulieres, viros in lectulis obvoluto capite decuba-
re otarique, uxoribus curiosè illis præministrantibus. Pro-
ditum est memoriæ, in Liguriâ quoque & Illyrico muli-
eres tam patientes laborum esse, ut post puerperium mi-
nimè decumbant, prægnantesque inter opus enixæ pue-
ros domum referant, quos non peperisse sed invenisse
credas. Vehementiùs angi urgerique santicâ puerperii
solicitudine suam non sine acerrimo dolore commemi-
nit, planeque emori sensit, qui funus infantariæ hodie
efferendum curat, ærumnosissimus Viduus. Quoquò circum-
feruntur oculi, ad mœrorem composita & pullo sordidata
habitu cuncta deprehenduntur esse, phæoq; involvitur a-
mictu, quicquid solenniori mundo comtissimū antè nitebat.

Qui

Qvi geniali luce undiqvq; perfusi hilares florebant pena-
 ces, funestâ luctus caligine infuscati miserrime marcent.
 Qvæ exultantior fervebat amphidromia, in lamentabilē
 desinit circuitionem, cursitantibus hinc inde cladis atratæ
 nuntiis, & ad funebria solennia eos, quibus commodum sit
 ire exequias, lugubri quiritatione convocantibus. Qvi
 postes januæve grandi antea lauru lucernisqve ornari de-
 bebant, funereâ jam taxo deplorataqve cupressu, & crepero
 funebrium facularum schemate obumbrantur. Brevior
 quidem, sed pressior adductiorqve animorum conjugali-
 um copula mœstissimo terminatur capulo, in quo corpus
 charissimum: sed exangue, amabiles oculi: sed clausi, teneri-
 mi artus: sed maridi rigentesqve novo quasi tristitiæ fla-
 bello maritalem acerbitatem subinde ventilant; adeo ut
 svavem, defæcatum, placidumqve pridem amorem uxo-
 rium, amariorem, anxium magis & sollicitum cyrnia con-
 jugalis levamenti jactura efficiat. Enimvero non sine
 ingenti cruciatus sensu divellitur, quæ expletiva latitiæ
 marito arctius adhærebat particula. Stirps tenerescentem
 protrudens stolonem, astrobolismo tollitur interitqve, &
 quæ blanda tori consors pulcrâ fecit prole beatum genis-
 torem, maritum insimulleni è vitâ discessu viduum reddit.

Quis non pavenda sortis humana vices

Miretur? albis nigra, letis tristitia,

Adversa faustis discolor miscet dies.

Tàm prona tamqve proclivia in lapsum mortalia
 existunt, quàm facili negotio crystallina diatreta, quorum
 accendit fragilitas pretium, frangi conspicis & corrup-
 pi. Propior est interitui facula, quæ serenum jubar con-
 tinuo fulgore sparsisse cernitur, & quo minimè reris, ad-
 versitatum gurgite inficitur turbaturqve, quæ limpida &
 amœna pridem fluitabat unda. Ferrum, quò nitet ma-

(2

gis

gis expersqve rubiginis est, aptius ferit, altiusqve in corpore adigitur: Haut aliter gaudia humana, quò candidorem vibrant nitorem, eò penetrantiori cruciatu inquant, inopinatoqve thyrsò animum compungunt, fauciant, & transverberant. Nemo perenne istud credat deperatve gaudium, quò, quò blandius afficit, eo citius expirat, & letum sapissime fit, quò lætum censebatur esse. Vitæ hujus læta si quis è vero penset, mortem secum ferre animadvertet, hamis paria, qui pisces, dum eos obillecebras quibus turgent, amant, hamant. Fontes & flumina dulcesvolvunt aquas, ad amaras currunt, mariqve miscentur, ut vel hoc cursu fluxam lætitiã in adversitatem amarissimam desituram esse, edoceamur. Seducitur, qui se duci extimã gaudii specie sinit, & concinna magis quàm diuturna *muranula* hujus, vel *lati*, quòdcunque *velis*, segmenta infestivo *erumnula* & *levis seli* anagrammate transponi tristissimus demum expersitur.

*Solida in terris nulla voluptas,
Viviant subiti gaudia luctus,
Modò sol ridet: modò sub nebula
Tenet obscurum luridus æther.*

*Dulces amaro melle madent savi,
Trepidant veneno vina suffuso:
Rosa verna acutis cingitur spinis.*

Ceterum ne fulmineo inopinatè irruentis statù ictu omnis insimul prostrata videri queat laudabilis venustissimæ femine memoria, amplissimum ejusdem ortum & clarissimum vitæ decursum publicitus exposuisse lubet. Trigesima labebatur decrepiti penè mensis Januarii lux, anno salutiferi partus MDCLVIII. cum decimam inter & undecimam vespertinam infido mortalium hospitiò exciperetur proba & spectata **Virtutis femina**

ANNA

ANNA Lembcken / parentes amplexa, Virum Nobilissimum, Amplissimum, & Consultissimum Dn. **HERMANNUM Lembcken** D. & Antecessorem quondam celeberrimum, Syndicum item Reip. Rostochiensis gravissimum; seminarumque clarissimam & virtutum matronalium decore fulgidissimam **ELISABETAM Schnitlers**. Avum paternum venerabatur Virum Amplissimum Prudentissimumque Dn. **JACOBUM Lembcken** / inclytæ hujus civitatis Senatorum Seniore & Cameraarium gravissimum: aviamque paternam Matronam Amplissimam **ANNAM Gribnizen** / Dn. **HENRICI Gribnizen** / civis heic quondam Primarii filiam; cujus aviæ paternæ dudum è vivis sublata munia pie solenterque; explevit, tam filia pie defunctæ quam parenti afflictissimo, nomine quidem novercam, reapse autem matrem aviamque se exhibens **ANNA Havemans** / prælaudati Dn. **JACOBI Lembcken** / uxor, religiosissima optimaque femina. Avo materno gavisæ est viro integerrimo & spectatissimo Dn. **JOHANNE Schnitler** / inter sedecim viros hujus Reip. præfectosque Edis Marianæ quondam primo: Aviam maternam laudatissima matronam **ELISABETA Gusebiers** / Amplissimi Viri Dn. **HENRICI Gusebiers** / Senatoris & Camerarii Rostochiensis filiam ornatissima. Proavus paternus ipsi extitit Vir Prudentissimus Dn. **HERMANNUS Lembcken** / Reip. Rostoch. senator olim amplissimus: proavia paterna, seminarum Nobilissima, **MARGARETA Bermans** / è Clarissimam **BERMANNORUM** familiam oriunda. Abavo paterno inclaruit Viro Nobilissimo Amplissimo & Consultissimo Dn. **JACOBO Lembcken** / Consule quondam Rostochiensis inclyto: Abavia paternam, gravissimam feminam **TALIA Beselins** / è vetustæ


celebrique BESELINORUM profapia natales suos de-
rivante. Proavum maternum laudat Virum Amplissimum
Dn. JOHANNEM **Schnitler** / oppidi **Langesches**
De / in Diocesi Colonienſi Conſulem pridem memora-
tiſſimum: proaviam maternam, omnigenis virtutum do-
tibus cumulatiffimam **ALEXAND** **Korbes**.
Myſticis luſtrata undis, & in chriſtiani cœtus contuber-
nium cooptata, ea laudatiſſimorum parentum ſolertiâ pi-
etatis virtutiſque ſolida jecit fundamenta, quibus niti-
diſſimum ſubſecuturo ævo decus ſibi compararet, virgi-
neis magis magisque dotibus efflorefcens, Adulter
quippe fulgidos undiquaque elegantioris oris animique
diſperſit radios, ſic uti prono omnium favori commen-
dabilis quam maximè redderetur. Unde factitatum quo-
que eſt, non ſine provido Numinis Maximi arbitrio, ut
haud multo poſt, Anno nimirum M DC LXXXII. vi-
geſimo Maji die, ipſius venuſtiſſimæ tunc Virginis amo-
res ambiret expeteretque Vir Nobiliſſimus & Conſultiſſi-
mus Dn. **EBERHARDUS von Bergck** / U. J. D. &
practicus Ampliſſimus, cui & conjugalem ritè fancivit
fidem viceſima ſextâ Septembris luce. Qualem ſe ex-
hibuerit in conjugali conſortio, quantisque amoris ma-
tui delitiis hæc ferbuerit ſcena, quàmque per oportuna cu-
râ dilectiſſimum fovērit maritum, omni exceptione ma-
jor teſtis fuerit tenerrimus A. M DC LXXXIV. Septimo
Februarii die ab his parentibus procreatus filiulus **EBER-
HARDUS**, non diu (proh! dolor) vitalis, ceu quem
hebdomatibus novem, quinque diebus, aliquot inſuper
horis in hoc ærumnabili orbe, commoratum abſtulit
atra dies & funere merſit acerbo. Hinc ruruſum gravi-
da, non ita pridem, decimo videlicet quinto elapſi ſer-
mè Novembris hujuſce anni alteram enixa fuit ſcitiffimam
pro-

prolem HERMANNUM EBERHARDUM, cui tamen
nimis properè maturèqve dulcissima mater jam adempta
est. Etenim triduo post partum, nil quicquam tale opi-
nantibus Nobilissimo marito, Amplissima Matre, reli-
quisqve honoratissimis agnatis, tam subitis tamqve ur-
gentibus invalentiæ gravioris implicita est doloribus, ut
ingravescentia crudi puerperii symptomata vix per ins-
tervalla & spiramenta temporum, sed continuò & velut
uno ictu conflictabundum exhaustisse videantur: ceu
pluribus ex inserto Experientissimi Dn. Medentis Viri
Nobilissimi Amplissimi & Excellentissimi Dn. SEBASTI-
ANI WIRDIGII Med D. & P. P. celeberrimi iudicio
patefiet, quod tale est. *Repentini Beata puerpera obitus,
nimia in partu hæmorrhagia, & exinde subsequuta virium ja-
ctura, fons fuit & fontica causa, quæ tenerrimum & alio-
quin imbellem corpusculum adeo defatigavit, ut dein mox insecu-
te febris continua, acutissima sustinenda impar redderetur! ut-
pote quæ primo statim post puerperium diluculo vehementissi-
ma evasit, sequenti die Martis cum inquietudine, jectiga-
tione, pulsu intermittente continuavit, noctu verò motu cordis
planè abolito, refrigeratione extremorum, aliisque letali-
bus signis, ipsaqve placidissima morte, hora sexta matutina
biduo terminata. Inde rebus penè conclamatis, astantei qui
accitus ocyssimè comparuerat, Viro Pl. Reverendo &
Clarissimo Dn. M. LUDOVICO BARCLAIO, Archidiacono
Mariano meritissimo, & cœlestibus alexipharmacis
emigraturam flebilis puerperæ mentem reficiente, inter
amarissimos omnium, quotquot aderant, planctus, la-
mentantesqve gemitus animam haud diu in agone mor-
tis agitatam submissè expiravit, Deoqve conditori pio ac
glorioso vitæ exitu reddidit, expletis in mortalium colle-
gio viginti septem cum dimidio annis. Quibus tunc al-
tissi-*

eisimis suspiriis, querulis ejulatibus, & arumnosissimis sa-
mentis, quã vultus obnubilati confusione certamen quod-
dam amarissimi mœroris ediderint, afflictissimas Viduus
luctuosissima mater, totaq; impensè indolescens Amplissi-
ma Familia; id quidem omnium luculentissimè qviritan-
tes qverimonix cum impetu erumpentes indicaverint,
cum animi improvise perculsi telo exundans affectus hanc
facile intra præcordiorum sinus cohibeatur. Uxorem suspi-
rat ademtã probam, fidelem, optimam, cum enormi sola-
minis deliquio conflictans Viduus; Filiam carissimam,
elegantissimam inlclamat sibi maturiùs ereptam esse qviri-
tabunda mater: sororem agnatamq; æstimatissimam eheu!
fuisse nobilissima fratris excellentissimi sororisq; doloro-
sissimæ biga cum reliquis arcto propinquitatis vinculo jun-
ctis ex merito ingemit. At verò, ubertim doluisse, an tri-
stitiæ lenimentum, & inefficaci ejulatu limina complevisse
num doloris laxamentum fuerit? Suppressite luctum, No-
bilissimi lugentes, vos ceteroqvi ultra quã fas est pressu-
rum. Facilioris erit aspera hæc quidem clades tolerantix,
modò velitis eam ferre non repugnanter, ipsã ferendi assue-
tudine mollietur superabiturqve. Is, qvi misericordiã mor-
tales infinitè superat, omniaqve è suo disponit, regit, ac gu-
bernat arbitrio, consilium suum sanctius vobis anxie labo-
rantibus explicet, leniqve inqviem vestram mentem sopiat
levamine, ea indulturus uberrimè, quæ obducendæ huic
vulneri cicatrici apprimè inservitura videbuntur. Sed
enim, dum hodie exanimis florentissimæ puerperæ artus
sepulchrali cooperiendi sunt conopeo, ad Vos, CIVES O-
PTIMI, & omnium ordinum honoratissimi, comisissimum
dirigitur invitamentum, ut in funus hoc perluctuosum
frequentes veniatis, cum prothymiam isthanc exequialem
amor amplissimæ familiæ, cui ortum tumulanda debet,
omnino exigat. P. P. Sub Sigillo Rectoratus d.

XXV. Nov, A. O. R. CIJ DC LXXXV.

Convenietur in Ede Marianã borã l. pom,



ANNA **Lembcken** / parentes amplexa,
lissimum, Amplissimum, & Consultissimum
MANNUM **Lembcken** D. & Antecessore
celeberrimum, Syndicum item Reip. Rostoch
vissimum; seminarumque clarissimam & virt
narium decore fulgidissimam ELISABETAM
lers. Avum paternum venerabatur Viru
mum Prudentissimumque Dn. JACOBUM
inelyta hujus civitatis Senatorum Seniore
rium gravissimum: aviamque paternam M
plissimam ANNAM **Gribnizen** / D
Gribnizen / civis heic quondam Prima
jus avia paterna dudum e vivis sublata mu
terque; explevit, tam filiae pie defunctae q
afflictissimo, nomine quidem novercam, reat
trem aviamque se exhibens ANNA **Hav**
laudati Dn. JACOBI **Lembcken** / ux
ma optimaque femina. Avo materno g
integerrimo & spectatissimo Dn. JOHANN
ler / inter sedecim viros hujus Reip. praef
Mariana quondam primo: Avia matern
matrona ELISABETA **Gusebiers** / A
Dn. HENRICI **Gusebiers** / Senatoris
Rostochiensis filia ornatissima. Proavus
extitit Vir Prudentissimus Dn. HERMAN
cken / Reip. Rostoch, senator olim amplissi
paterna, seminarum Nobilissima, MARG
mans / e Clarissima BERMANNORUM
unda. Abavo paterno inclaruit Viro No
plissimo & Consultissimo Dn. JACOBO
Consule quondam Rostochiensis inelyto:
na, gravissima femina TALIA **Besch**

X3

